



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Notitia Congregationum Et Tribunalium Curiae Romanæ

Plettenberg, Hunold

Hildesii, 1693

De Vicario generali S. officii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63032)

Reverendi vel *multum Reverendi*, nam hæc est Superior Inquisitorum, hinc tamen non deducitur nec à Subditis, vel aliis quibus Inquisitores non subparent, hunc titulum illis deferendum non esse. *Carena l. c. §: 6.*

§. 5.

De reliquis Ministris Sancti Officii.

De Vicario Generali S. Officii.

I.

Possunt Inquisitores plenariè committere vices suas Vicario Generali habenti eandem cum ipsis facultatem, excepta potestate delegandi. *Pius II. Const. Cum dudum, & Clemens VII. Const. Cum sicut. Carena de offic. inquis. part. 1. tit. 7. §. 1.*

2. De Vicarii Inquisitoris seu Commissarii ætate fuit inter auctores controversia, sed diremit eam Clemens VII. per Rescriptum: *Cum sicut*, in quo statuitur sufficere, si trigessimum ætatis annum attigerit.

3. Regulariter concedi solet Vicariis Generalibus facultas sumendi informationes.

tionem, citandi, monendi, præcipiendi, excommunicandi, carcerandi, definiendi, terminandi & exequendi, omniaque alia faciendi, quæ potest ipsemet Inquisitor facere, exceptâ sententia relapsorum, & impœnitentium, quam solent sibi reservare Inquisitores. Emericus 3. p. n. 37. & 40. ibique Pagn. comment. 10.

4. Vicarii hi electi ab Inquisitoribus confirmari debent ab Eminentissima Congregatione, prout decrevit eadem S. Congregatio Inquisitorum Generalium, adeoque cum Vicarii jurisdictionem suam habeant à dicta S. Congregatione, non expirat Jurisdictio eorum per mortem aut remotionem Inquisitorum. Carena l. c. §. 5.

De Consultoribus.

5. Quamvis de Jure possint Inquisitores eligere sibi Consultores seu Assesores in negotiis ad S. Officium spectantibus, atque etiam possint eos ad id cogere. c. ut commissi §. Advocandi quoque de de baret. in 6. ut fit Papiæ aliisque multis Civitatibus, Cremonæ, tamen Mediolani aliisque in locis eligi solent à S. Con-